



# ULII POLLUCIS STUDIIS XENOPHONTEIS

DISSERTATIO  
INAUGURALIS PHILOLOGICA  
QUAM  
CONSENSU ET AUCTORITATE  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS  
IN  
UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI  
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA  
AD  
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
RITE CAPESSENDOS  
UNA CUM THESIBUS A SE PROPOSITIS  
DIE XX M. JULII A. MDCCCLXXVII HORA XII  
PUBLICÉ DEFENDET

REINHOLDUS MICHAELIS  
MARCHICUS

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT  
RICHARDUS HENDESS DR. PHIL.  
FRIDERICUS KAMPE CAND. PHIL.

HALIS SAXONUM  
TYPIS KARRASIANIS

Książka  
po dezynfekcji

504118

—  
—



ZN

Biblioteka Jagiellońska



1001974576

Bar Prof. Sternbacha

2424

In magna quam fecimus veterum scriptorum iactura haud minime dolendum est, quod fortuna integrae Alexandrinorum doctrinae usum nobis denegavit. Nam quamquam libri ab iis et plurimi compositi sunt et utilissimi, tamen fragmenta nostra nihil praestant nisi uberrimarum quondam opum exiles quasdam et tenues reliquias. Sed ne recentiorum quidem grammaticorum inde a Didymi temporibus, praecipue ipsius Didymi, Pamphili, Diogeniani ullum opus illibatum exstat: quod eo magis querendum est, quia illi recentiores quamvis ipsi ad magna et nova assurgere non auderent et curiosi esse mallent quam ingeniosi, tamen summa cura diligentiaque ea quae a Peripateticis et grammaticis antiquioribus scite inventa, docte sapienterque excoxitata erant, quaeque ipsis in tractandis scriptoribus memorata digna videbantur exscripserunt, exscripta collegerunt, collecta illustraverunt. Quorum opera diligentiaeque in compilandis et componendis huius antiquae et probae doctrinae copiis et lexica originem debent veluti Pamphili, cuius glossarium postquam Vestinus et Diogenianus in compendium redegerunt Hesychius denuo dilatum novisque incrementis auctum edidit, et onomastica quae licet cum lexicographorum et scholiistarum operibus aliquo modo cohaereant specie tamen ac forma longe ab iis diversa sunt. Nam in lexicis *χατὰ στοιχεῖον* singulae voces afferuntur et explicantur; onomastica vero omnia simul nomina quae ad idem genus pertinent deinceps enumerant. Ac de his quidem certissime iudicare licet, quod unum saltem onomasticum ea forma qua a grammatico Iulio Pollice compositum est ad nostram pervenit aetatem. Voluerunt autem onomasticorum conditores non modo iis satisfacere, quibus in lectione veterum scriptorum poëtarumque impedimenta afferebant vocabula vel

obsoleta vel abstrusa vel singulis gentibus auctoribusque peculiaria, sed iis etiam, qui priorum saeculorum cognitioni operam daturi haerebant in institutis et moribus mutatis, temporibus et ipsis mutationes maximas perpessis. Quare pari modo in verborum interpretatione atque in rerum illustratione occupati et aequalibus et posteris summae fuerunt utilitati.

Cum vero in talibus copiis undique collectis et coacervatis id imprimis quaerendum sit, unde doctrinam suam scriptor hauserit, qui auctores praecipue adhibiti sint vel exscripti, ut ad primarios fontes singulis redactis sciri possit, quanta fide opus sit dignum, sane dolendum est, quod fere nulla litterarum Graecarum provincia tam deserta ac neglecta est quam quaestio de eruendis Iulii Pollucis fontibus. Nam quantum ego scio recentissimis demum temporibus huic tam vasto agro colendo aliquid operaet laboris tributum est<sup>1)</sup>). Itaque haud alienum putavi de iis, quae Pollux in onomastico suo condendo e Xenophontis amplis et egregiis libris sumpserit, quo consilio, qua ratione id fecerit, peculiarem instituere quaestionem.

---

<sup>1)</sup> De Iulii Pollucis in apparatu scaenico enarrando fontibus scripsit Ervinus Rhode. Lipsiae 1870. — Althaus: Quaestionum de Iulii Pollucis fontibus specimen. Dissertatio inauguralis Berolinensis 1874.

## I.

Pollux qui „onomasticon suum Caesari Commodo ex pulcherrimis Graecae linguae flosculis diligentissime contextum dicit“ (Kühnius<sup>1)</sup> in praef. suarum in Poll. animadverss), plus quam ducentos scriptores affert, quorum sententiae vel voces commemorantur; multos semel, alios pluribus locis laudat; saepissime vero hi citantur: Aeschylus, Aristophanes, Aristoteles, Cratinus, Demosthenes, Eupolis, Euripides, Herodotus, Homerus, Hyperides, Isaeus, Lysias, Menander, Pherecrates, Phrynicus, Plato, Plato comicus, Sophocles, Thucydides, Xenophon. Sed vix quisquam crediderit, Pollucem omnes quos laudat scriptores ipsum inspexisse vel perlegisse; immo manifestum est eum de quibusdam fortasse nihil nisi nomina comperta habuisse<sup>1)</sup>. Quare Graefenhanium<sup>2)</sup> iusto maiorem ei laudem tribuisse existimo his verbis de eo iudicantem (vol. III p. 167): „Pollux sammelte sein 10 bücher umfassendes onomasticon mit der grössten sorgfalt aus den besten klassikern und hatte den zweck, den griechisch schreibenden ein magazin zu liefern, aus dem sie die eigentliche bedeutung der wörter und ihren gebrauch bei den schriftstellern ersten ranges entlehnenn könnten.“ Neque vero Ervino Rhodio assentior neganti ullos veterum scriptorum vel poetarum a Polluce pertractatos et adhibitos esse: immo eum adiisse dicit nihil nisi parata antiquiorum grammaticorum doctrinae subsidia. Nimirum complures eorum quorum locos laudavit evolvit et inde sua mutuatus est: quod verum esse etiam sine ipsius testimonio<sup>3)</sup> intellegitur. Nam dubitari non potest, quin Pollux qui Athenis in ipsa ut ita dicam litterarum arce degebat, qui per totam vitam liberalibus artibus incumbebat, qui denique a Commodo imperatore munus professoris

<sup>1)</sup> Cf. Alth. p. 22.

<sup>2)</sup> Gräfenhan, gesch. der klass. philologie.

<sup>3)</sup> Declarat hoc verbis minime ambiguis in epistola libro tertio praemissa: οἵς μὲν τῶν ὀνομάτων οἱ δόκιμοι τὴν γλώτταν κέχρηνται, ταῦτα παρ' αὐτῶν λαβὼν . . .

artis rhetoricae accepit et ad finem usque vitae obtinuit<sup>1)</sup>, veterum scriptorum lectione imbutus fuerit. Quodsi recte statuimus per se opinor probabile est, onomasticum conditum operi eum inseruisse quae ex variis libris undique congesserat et litteris mandaverat. Itaque nulla est causa cur Rhodio credamus, Pollucem nusquam ad genuinos fontes ascendisse sed ex rivulis tantum ab his deductis sua hausisse; immo ubicumque paratas et commodas copias invenit, sive in onomasticis sive in synonymorum lexicis, sive apud recentiores sive apud antiquiores scriptores, inde exscripsit et congregavit quae in librum suum reciperet. Quod autem in talibus collectionibus instituendis maxime necessarium est, de fontium origine et auctoritate subtilius et acri adhibito iudicio quaerere et accurate a bonis secernere malos, hoc primario compilatoris munere saepe nimis

<sup>1)</sup> Cum iam ab aliis praesertim a Rankio in *commentatione ‘Pollux et Lucianus, Quedlinb. 1831’* explicate de vita et moribus Pollucis dictum sit, hoc loco satis erit paucis rem absolvisse:

Julius Pollux Naucrati in Aegypto natus postquam a patre litterarum rudimentis imbutus est Athenas migravit, ubi primum Hadriano praeceptore qui a Marco imperatore iuventuti Athenensi docendae praefectus erat artem exercuit rhetoricae. Haud multo post ipsum verisimile est scholam rhetoricae aperuisse et primum onomastici librum in usum Commodi composuisse; quo misso in principis gratiam sese insinuavit; nam cum Romam a Commodo vocatus esset Hadrianus, ipsi Polluci munus artis rhetoricae docendae commissum est. De tempore quo natus sit nil constat; neque quidquam traditum est quo tempore mortem obierit; nihil autem Rankii adversatur conjecturae sub ipso Commodo imperio eum de vita decessisse (cf. Rank. p. 3). Itaque e toto vitae genere apparet cum minime rudem fuisse artium ingenuarum atque liberalium. Et in ipso onomastico componendo ad artem grammaticam et exegeticam se ductum esse et criticam pluribus Pollux testatur locis veluti in epistola prima: ὀνομαστικὸν . . . μηνύει . . . ὅσα τε συνώνυμα ὡς ὑπαλλάττειν δίνασθαι, καὶ οἵς ἀν ἐκαστα δηλωθεῖν. Similiter in epistola septimo libro praemissa perhibet: τὸν ταῦτα συντιθέντα τὰ βιβλία οὐ πολλοῖς ὠμιληκέναι μόνον ἐχρῆν ἐμμέτροις τε καὶ ἀμέτροις λόγοις . . . ἔτι δὲ καὶ ἀποτρεπάν τινα ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐχειν εἰς βασάνον κρίσιν. Ac ne sola Pollucis testimonia argumentemur, Philostratum quoque testem adhibere licet vit. soph. p. 592 dicentem haec: Πολυδενεκῆς τὰ μὲν χριτικὰ καὶ ικανῶς ἴσκηται πατέρι ἐνγενόμενος τοὺς χριτικοὺς λόγους εἰδότι.

neglegenter functus est. Sufficiat hic unius tantum loci (IV 128) mentionem facere, ubi de vi ac notione vocis quae est *εκκύλημα* disserit: quo modo autem hoc loco vera cum falsis miscuerit grammaticus, ex pluribus simul scriptoribus sua sumens, Godofredus Hermannus in opusc. vol. VI p. 166 luculenter demonstravit. Sed omittamus nunc has de fide et auctoritate Pollucis disputationes: hoc tantum probaverim, eum non solum ad aequalium vel paulo antiquiorum scriptorum exempla verum etiam ad veterum Atticorum imitationem scripta sua composuisse.

Inter qnos scriptores nescio an primum locum teneat Xenophon. Quod non tam ex eo intellegitur, quod paucos modo toties laudavit, quam quod multos Xenophonteos locos auctoris nomine non addito ad verbum saepe exscripsit. Ac certe non est mirandum Pollucem hunc praecipue scriptorem adiisse, qui praeclaro quidem sed peculiari et ab aliis quodammodo remoto dicendi genere usus saepissime ansam praebuit grammatico singula vocabula vel vocabulorum formas afferendi et explicandi<sup>1)</sup>.

Contemplantibus nobis in universum eam qua Xenophontis operibus usus est rationem duo adhibendi Xenophontis et excerpendi genera agnoscere licet. Partim enim in enumerandis vocibus earumque synonymis ita versatus est ut Xenophontreas afferret auctore plerumque nominato, partim complures deinceps sententias onomastico suo inseruit. Itaque totus liber vocabulis et dictis Xenophontis abruptis repletum et quasi contextum est, latior autem et amplior huius scriptoris usus quantum ego quidem invenire potui duabus tantum onomastici partibus deprehenditur, in primo libro ubi de re equestri agitur et in quinti libri de venatione commentario. Sed in utroque genere mutuandi id praecipue egisse videtur, ut famam industriae suae

<sup>1)</sup> Cf. Sauppium in comment. de vita et script. Xenoph. p. XV (edit. Lips. 1865): ,In Xenophontis scriptis tria millia amplius vocabulorum sunt semel ab ipso dictorum, in his trecenta viginti septem quae praeter singulos locos Xenophonteos omnino non leguntur, *ἀπαξ εἰρηνέα* quae vocantur. Dubia vel suspecta sunt 306, poetica fere 316, a consuetudine optimorum scriptorum recedentia vel cum recentioribus communia 401. Ex his Hellenica 59 habet. Unus libellus cynegeticus 266 vocabula semel a Xenophonte dicta habet, quorum in numero sunt 42 *ἀπαξ εἰρηνέα*.‘

atque doctrinæ augeret et iactaret. Nempe in singulorum vocabulorum enumeratione fere nunquam auctoris nomen apponere omisit, interdum etiam disertis verbis explicationem vocabuli ex ipso auctore depromptam subiunxit<sup>1)</sup>. Contra ubi a nuda nominiū enumeratione ad genus aliquod accuratius explanandum deflexit et magnam alicuius libelli Xenophontei partem in onomasticum transtulit, non ingenue fatetur, quid Xenophonti debeat auctoris nomine iusto rarius addito nimirum ut sua videantur, quae sine magno labore aliunde hauserat<sup>2)</sup>. Cautissime igitur nobis progrediendum est in eorum fontibus eruendis, quae plenius tractata uno ut aiunt tenore ex aliis excerpta sunt; curiose singula quaeque verba, eorum constructionem, figuras dicendi, ordinem et nexus sententiarum ponderare necesse est: in his si Pollucis enarratio similitudinem p̄ae se fert cum verbis Xenophontis, tum demum pro certo affirmari potest eum hunc adiisse fontem.

Aliter res se habet in singulis vocabulis et dictis quae in onomastico ut Xenophontis prolata sunt: hic enim cum ipse fons indicetur id imprimis quaerendum est, quo consilio quaque ratione auctoris nomen subnexum sit. Ac primum concedendum est non sine quodam iudicio egisse grammaticum. Sic significanter pronuntiat si quae voces sibi parum probantur velut I 209 ἐφεδρεύειν ἐρεῖς ὡς Ξενοφῶν εἰ καὶ βιαιότερον<sup>3)</sup> III 134 τὸ γας λεονγὸς<sup>4)</sup> παρὰ Ξενοφῶντι φορτικὸν

<sup>1)</sup> Poll. VII 100 (Xen. Cyrop. VII, 5, 12); Poll. VII 182 (Cyrop VIII 2, 5).

<sup>2)</sup> Ad hanc onomasticographi rationem illustrandam commemoro in secundo libro Rufi Ephesii libellum commodissimum περὶ ονομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων adeo eum secutum esse, ut aut ad verbum eius sententias repeteret, aut leviter mutata et in brevius contracta afferret (cf. Hauptium in Herme III p. 225 sqq.); item in primo libro Arriani de re tactica libellum consultum esse facile docet utriusque comparatio; attamen nusquam Rufi et Arriani nomina reperiuntur in Onomastico.

<sup>3)</sup> Vox ἐφεδρεύειν non legitur in libris Xenophontis; cf. infra p. 12.

<sup>4)</sup> Apud Xenophontem rectius scriptum est λεωφότατον. cf. Phot. Λεωφόν· ἐν τῷ ω, καὶ Ἀττικὸν καὶ Ἰωνες· καὶ Ξενοφῶν „θεοφοροφότατον καὶ λεωφότατον.“ Λωφεῖς δὲ διὰ τοῦ ον, λεονγόν (Edit. God. Hermann. p. 160).

(Comment. I 3, 9); VI 27 ὁ γὰρ καθάρειος<sup>1)</sup> ἴδιωτικόν, καίτοι τὸ καθάρειος πάρα Ξενοφῶντι εἴρηται (Cypop. I 3, 8).

Porro vocabula Xenophontis nomine insignita nobis occurserunt quae revera ei peculiaria sunt ac propria ideoque a Pollice allata esse appareat. Ne longus sim, in paucis subsistam exemplis: VI 162 μισοπέροςης ὡς Ξενοφῶν (Agesil. VII 2); VI 187 Ξενοφῶν δὲ καὶ ἐπιγεράρειν εἶπεν (Cyr. VIII 6, 14). Sed raro tantum id ipsum dictum est vocem quandam a Xenophonte solo usurpatam esse; unum nihilo in promptu est exemplum VIII 134 οἱ γὰρ κοινῶνες Ξενοφῶντος ἴδιον<sup>2)</sup> (Cyr. VII 5, 35. VIII 1, 16). Saepius quoque diserte explicat, quid de singulari alicuius vocis usu apud Xenophontem observaverit. Sic perhibet IX 7 Ξενοφῶν δὲ καὶ τεῖχος οὐ τὸν περίβολον ἔφη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὸ τῷ περίβολῳ πᾶν, quam vim ac notionem vox περίβολος duobus habet locis Xenophonteis An. V 5, 6 εἰς τὸ τεῖχος τοὺς ἀσθενοῦντας ἐδέχοντο et Hell. III 1, 18 ἐρχονται ἐκ τοῦ τείχους κήρυκες. IX, 43 legimus Ξενοφῶν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ δρόμου τῷ ξυστῷ κεχρῆσθαι δοκεῖ εν τῷ Οἰκονομικῷ εἰπὼν „ἢ εἰ εν τῷ ξυστῷ περιπατοίην“ (Oec. XI 15); III 100 Ξενοφῶν δὲ καὶ ποιητικωτέρως καὶ γοωμένη που λέγει (Cyr. IV 6, 9).

Eodem modo indicat si quod vocabulum a Xenophonte adhibitum suo tempore aliam formam induerat, quod ter fieri memini: VII 149 καὶ τὸ μὲν καρπούσθαι κάρπωσιν λέγει Ξενοφῶν, ἦν οἱ νῦν καρπεῖαν (Cyr. IV 5, 17); VII 122 παστάδας δὲ Ξενοφῶν ὡς οἱ νῦν ἐξεδρας (Comm. III 8, 9); VI 26 ἐπινον δέ, ὡς οἱ νῦν, τὸ συνέπινον καὶ ποτοὺς ἐποιοῦντο Ξενοφῶν ἔφη. „οἱ δὲ Μῆδοι καὶ ἐπινον καὶ ἥντοιοῦντο“. (Cyr. IV 5, 7).

<sup>1)</sup> Libri variant inter *i* et *ει*, sed diphthongus vocibus reddenda est etiamsi Bekkerus in edit. Poll. *i* servavit; nam dubitari non potest quin καθάρειος solum Graecum sit, ut μεγάλειος et ἀσφάλειος; idem quadrat ad vocabula καθάρειως et καθάρειότης. Itaque adverbium καθάρειως recte reposuit Dindorfius, cui Sauppius assensus est in Cyr. I 3, 8, ubi in καθάρειως libri omnes conspirant.

<sup>2)</sup> Sed hac in re falsus est Pollux, quoniam apud Pind. Pyth. III 50 eandem legimus vocem, quamquam dorica forma κοινῶνι adhibita est; nam iure emendationem Boeckhii qui pro κοινῶνι scripsit κοινῶν editores omnes in textu posuerunt.

Quomodo autem Pollux onomasticum suum conscripserit e tota citandi ratione aliquo modo concludi potest. Cum enim animadvertere liceat eum ex uno loco Xenophonteo idem bis vel etiam ter laudare<sup>1)</sup> diversissimisque locis eosdem adire fontes, veluti in l. I et in l. V Xenophontis libellos de re equestri et de venatione, ita rem egisse videtur, ut levitate quadam usus, cum plurimos scriptores pertractaret, summa quaeque decerperet et annotaret, postea vero occasione data vel arrepta collatis copiis uteretur; etenim absurdum est credere in quoquo libro componendo eosdem scriptores identidem eum perlegisse. Exemplum huius rationis proponam ut mihi videtur luculentum. Pollux habet I 94 καὶ ὁ Ξενοφῶν σκεύη κρεμαστὰ καὶ σύλινα (Oec. III 12), Δημοσθένης δὲ καὶ ἀποτοιβῆν σκευῶν ὠνόμασεν et X 13 ἐφ' ὃν ὁ μὲν Ξενοφῶν σκεύη σύλινα καὶ κρεμαστά, ὁ δὲ Δημοσθένης ἀποτοιβῆν τῶν σκευῶν. Duobus igitur locis eodem ordine iisdem fere vocabulis Xenophontis Demosthenisque verba una proferuntur ita quidem ut manifestum sit, eum quae antea collegerat et litteris mandaverat in onomasticon transtulisse.

Nimirum hoc rei tractandae modo factum est ut multi errores inter componendum irreperent, qui aut neglegenter scribenti vitio vertendi aut levitati qua singulos scriptores perlegit assignandi sunt. Cum enim III 77 referat καὶ ἀνδραποδωδῆς παρὰ Πλάτωνι καὶ ἀνδραποδωδῶς παρὰ Ξενοφῶντι, ubi contrarium dicere debuit, quod apud Xenophontem nulla nisi adiectivi forma invenitur, haec nominum inversio merae transscribendi neglegentiae tribuenda est. Eiusdem generis vitium est VII 33 καὶ χλαυδονογίαν δὲ καὶ χλαυδοποιίαν ὡς ταῦτὸν ὄντες εκάτερον, ἅμφω ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι Ξενοφῶν λέγει. Xenophonteum locum reperimus Comm. II 7, 6: Δημέας δ' ὁ Κολλυτεὺς ἀπὸ χλαυδονογίας, Μένων δ' ἀπὸ χλαυδοποιίας . . . . διατρέφονται. Calamo igitur igitur lapus pro χλαυδοποιίας scriptit χλαυδονογίας. Cum denique II 14 pronuntiet Ξενοφῶν δὲ τὴν ἀγήρατον δόξαν, quamvis

<sup>1)</sup> Quantum indagare potui, quindecim loci Xenophontei bis, unus (cf. Xen. REq. I 10 c. Poll. I 190; 191. II 77) ter in onomastico laudatus est.

in Xenophontis loco (Cyr. VIII 7, 22), ad quem sine dubio Pollux spectavit, legamus τάξιν ἀτοιβῆ καὶ ἀγηρατον, nemo non videt, eum hic obiter auctorem inspexisse et τάξιν legisse pro δόξαν id quod facillime fieri potuit.

Miram autem confusionem in iis effecit, quae ut Xenophontis attulit in explicanda vi ac notione vocis πέπλος.

Comparanda sunt:

Pollux.

VII 50 πέπλος· ἔσθημα δ'  
εστί διπλοῦν τὴν χρείαν, ὡς  
ἐνδύναι τε καὶ ἐπιβαλέσθαι.  
καὶ ὅτι μὲν ἐπιβλημά εστι....  
ὅτι δὲ καὶ χιτών, ὅταν εἰπῃ  
Ξενοφῶν „περικατερρήξατο  
τὸν ἄνωθεν πέπλον“· παρα-  
φαίνει γὰρ τότε καὶ τὰ στέρνα.

δ' αὐτὸς Ξενοφῶν καὶ  
ἀνδρεῖον οἴεται φόρημα εἶναι  
τὸν πέπλον· τὸν γὰρ Αρμε-  
νιον ἐφη κατασχίσασθαι τοὺς  
πέπλους.

Xenophon.

Cyr. V 1,6 περικατερρήξατο  
(sc. ἡ Πάνθεια) τὸν ἄνωθεν  
πέπλον .... ἐν τούτῳ δὲ  
ἔφανη μὲν αὐτῆς τὸ πλειστὸν  
μέρος τοῦ προσώπου, ἔφανη  
δὲ ἡ δέρη καὶ αἱ χιτρες.

Ibid. III 1, 13 ἐνθα δὴ οἱ μὲν  
παῖς αὐτοῦ (sc. τοῦ Αρμενίου)  
.... περιεσπάσατο τὴν τιά-  
ραν καὶ τοὺς πέπλους κατερ-  
ρήξατο.

Pollux igitur priore loco natus demonstrare vult, πέπλον interiore quoque tunicam esse, quod per se quidem verum est, sed e Xenophontis verbis nullo modo colligi potest; nam scriptor ut narrat Pantheam superiore pepli parte discissa faciem collum manus nudas conspiciendas praebuisse, ita de nudatis pectoribus, quae Pollux commemorat quaeque sola sententiam eius comprobarent, ne verbum quidem dicit. Haud felicius alterum tractat locum ex quo quamquam recte concludit, πέπλον interdum virilem esse vestem, tamen in intellegendis et reddendis auctoris verbis miris scilicet implicatus est erroribus. Etenim quod a Xenophonte filio adscribitur id Pollux patrem agentem facit; praeterea ne verbis quidem accurate relatis pro κατερρήξατο ponit κατασχίσασθαι quo vocabulo Xenophon semel tantum (An. VII 1, 16) et longe alia ratione et significatione usus est.

Similem locum deprehendimus VII 70, quo Pollux scribit ὡς Ξενοφῶν ἔφη „καὶ σπολὰς ἀντὶ θώρακος“. Haud dubium est quin respexerit An. III 3, 20 καὶ σπολάδες καὶ θώρακες αὐτοῖς ἐπορίσθησαν, quae verba evidenter declarant accurate Xenophontem inter spolades et lorias distinxisse.

Nimirum tales utriusque discrepantiae maiores sunt, quam quae incuriae legendi vel scribendi imputentur; fraudi potius et temeritati eius attribuendae sunt qui opinionem quam de aliqua re animo sibi finxerat speciosis scriptorum nominibus iuvare et commendare studuerit. Quare mirandum non est quod interdum scriptoris verba ad alia et aliena a Xenophontis mente referre eaque prout visum est usurpare non dubitavit; veluti I 134 legimus πέλτη Ἀμαζονική, ὡς φῆσι Ξενοφῶν, παρεοικήα κιττοῦ πετάλῳ, quamquam a Xenophonte An. V 4, 12 non Amazonum peltae sed scuta Mossynoecorum cum folio hederaceo comparantur. Infra eiusdem consuetudinis observandae occasio dabitur.

Quid vero de multis illis verbis iudicemus quae etsi nihil in iis memorabile vel Xenophonti proprium cernitur tamen auctore nominato allata sunt? Sed audiamus ipsum de consilio et ratione qua usus sit in afferendis auctoribus in epistola libri sexti dicentem haec: ἐνίοις δὲ τῶν ἀμφιβόλων προσέθηκα τοὺς μαρτύρους, ἵνα τοὺς εἰπόντας εἰδῆς. Sed ut nonnulla depromam exempla, quidnam habet ambiguī πράσιμον (Poll. III 127 ὁ αὐτὸς [sc. Ξενοφῶν] δὲ καὶ πράσιμον εἶρηκεν ἐν τῇ Παιδείᾳ [Cyr. IV 5, 42])? Quid ἀνύποπτος (Poll. II 57 καὶ ἀνύποπτος ὡς Ξενοφῶν [Cyr. V 3, 11])? Quid denique χαλκώματα (Poll. X 174 ἐν τῇ Ἀναβάσει Ξενοφῶντος εἰπόντος χαλκώμασι [An. IV 1, 8])? Quae quidem vocabula neque a Xenophonte solo usurpata sunt neque quidquam habent memorabile. Itaque non tam id egisse videtur, ut quam ipse sibi proposuit normam et rationem fontis indicandi diligenter sequeatur, quam ut praeclaris nominibus doctrinam suam et lectionis copiam iactaret.

Omnino autem in laudando Xenophonte neutiquam sibi constituit. Quinque decies librorum titulos adiecit duobus tantum locis (VII 118 et X 16) certo numero subiuncto. Saepe easdem voces Xenophontreas semel iterumque ita attulit ut nomen

auctoris hic opponeret illic celaret.<sup>1)</sup> Semel in nominibus quoque erravit: quae enim tamquam Xenophontis habet III 152 *ἐταινίον τε καὶ προσῆσαν ὥσπερ αθλητὴ*, Thucydidi (IV 121, 1) reddenda sunt. Ac certe totum hoc citandi genus inconditum et confusum ex eo ortum est, quod in percurrendis scriptoribus et excerptis eis quae notabilia ei et commoda videbantur non semper annotavit, quo loco et apud quem scriptorem quidque invenerit, sed postea in ipso opere condendo saepe ex memoria nomina addidit ideoque vera miscuit cum falsis.

Sunt denique ut apud alios grammaticos ita apud Pollucem quoque Xenophonti quaedam vindicata, quae frustra in libris quos cognitos habemus quae siveris. Accurate iam Heilandus de reliquiis Xenophontis commentatus est ZAW 1847 p. 604 sqq.; nuper Sauppius in edit. Xenoph. V p. 239 sqq. de fragmentis Xenophontis disputavit. Ac prorsus recte uterque iudicavit praeter libros, quos ab eo compositos esse dicit Diogenes Laertius II 6, 13 quique omnes aetatem tulerunt, ne unum quidem a Xenophonte scriptum esse: alia vero quae nomine eius insignita passim apud veteres scriptores reperiuntur, sive totas sententias sive singulas locutiones singulaque vocabula, aut lacunosis librorum locis inserenda esse aut errori debere originem. Quod iudicium egregie iis confirmatur quae contemplanda ratione Pollucis observare licuit quippe in qua levitas et cursim peragatae antiquitatis ostentatio non diligentia et veritatis studium cernatur. Quamobrem non dubitabimus, quae a Polluce Xenophonti vindicata neque apud hunc inveniuntur neque ullo modo explicari possunt, potius ab eo abiudicare quam grammatici suspectae auctoritati fidere. Ac sane complura ita sunt comparata, ut quomodo explananda vel quo referenda sint discerni nequeat: quorum in numero habenda sunt haec:

I 112 *ὑπανίττεται δέ τι τοιοῦτον καὶ τὸ Ξενοφῶντειον, τὸ „σπουδαζοντος τοῦ θεοῦ“.*

<sup>1)</sup> Exemplo sint Xenophontis verba *ἀμπέλους ἡδυοίνους* (An. VI 4, 6), quae in onomastico I 243 et VI 22 altero loco tacito altero nominato auctore pronuntiantur. Idem factum est Poll. VII 113 et X 129 (Cyr. VI 2, 36); Poll. VII 182 et 200 (Cyr. VIII 2, 5); Poll. VII 70 et I 135 (An. III 3, 20).

I 209 καὶ ἐφεδρεύειν ἐρεῖς, ὡς Ξενοφῶν, εἰ καὶ βιαιότερον.

II 7 γονὴ ἡ γέννησις ὡς Ξενοφῶν.

II 82 Αἰσχίνης δὲ ἀκρόαμα εἶπε καὶ ἀκροατὴν δὲ Ξενοφῶν<sup>1)</sup>.

II 200 καὶ βεβῶτας ὁ Πλάτων τε καὶ Ξενοφῶν λέγονσιν.

II 244 σπάθη· εἰρηκε τὸ ὄνομα Ξενοφῶν.

III 127 ὠνητὰ καὶ ὡς Ξενοφῶν πωλημα.

IV 14 ὀλιγόφρων ἡ κατὰ Ξενοφῶντα μικροπρεπῆς.

VI 31 Ξενοφῶν δὲ βουλίμον.

VI 194 διασκεδάννυσθαι ἡ ὡς Ξενοφῶν διασκίδνασθαι.

VII 64 τὰ θυσανωτὰ παρὰ Ξενοφῶντι.

VII 148 οὓς δὲ σκαπτῆρας καλεῖ Ξενοφῶν, οὗτοί εἰσιν οἱ σκαπτανεῖς.

Recensis igitur locis qui nullam interpretationis ansam praebent iam ea subiciantur, quae cum maiore aut minore probalilitate interpretari vel emendare viri docti temptaverunt.

In primis memorabilis est Xenophontis et Antiphontis nominum commutatio quam frequentem fuisse exemplis ab Heilando et Sauppio excussis satis demonstratur. Quod ad Pollucem attinet tres loci hoc mendo inquinati sunt:

II 61 εἰρηκε δὲ Ξενοφῶν καὶ οὐδετέρως ἀνάπτηρα. Verum tradidit cod. Falkenburgius eius lectionem secutus Bekkerus restituit Ἀντιφῶν δὲ ἐν τοῖς περὶ ἀληθείας καὶ ἀνάπτηρα εἰρηκεν.

VI 143 ἀπαρασκεύῳ γνώμῃ (Bekker. γνώμῃ inseruit) ἐν τοῖς περὶ ἀληθείας Ξενοφῶν εἶπεν, ἀπαρασκεύαστον δὲ ἐν ταῖς ὥητορικαῖς τέχναις. Iam Jungermannus pro Ξενοφῶν proposuit Ἀντιφῶν, quam coniecturam Falkenburgius comprobavit, in quo hic quoque rectum servatum est.

VIII 28 καὶ μεσεγγύημα μὲν Ξενοφῶν. Heilandus probabilitatis quadam specie etiam hoc loco Ἀντιφῶν legendum esse coniecit<sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> Bekkerus in edit. dedit Αἰσχίνης δὲ ὁ φῆτωρ καὶ ἀκρόαμα εἰρηκεν, ὡσπερ καὶ Ξενοφῶν e codice quodam ut videtur, eum ubi a codicibus destitutus suam secutus est opinionem quid vulgo legatur commemorare soleat, hic auteui nihil margini adscriperit.

<sup>2)</sup> Heil. p. 605 fortasse recte suspicatus est, locutionem τῷ κέντρῳ ἔξαιμάσσειν non quod Pollux II 215 praedicat Antiphontis esse, sed

Similiter in nominibus Pollux erravit III 77 et III 152 de quo vide quae supra p. 8 et p. 11 sq. dicta sunt.

VI 14 *βίκος*, *χράδισος*, ὡς *Ξενοφῶν*, *κεράμιον*. Vocabulum *χράδισος* quia ignotum est vel corruptum alii cum Kühnio in *κεράς* mutandum putant, alii Xenophontis nomen ad *βίκος* referunt. In *χράδισος* vitium latere mihi cum Heilando persuasum est, qui haud improbabiliter Xenophontis nomine ad *κεράμιον* relato pro *χράδισος* scripsit *κεράμιος* et *βίκος* cum hac voce coniunxit.

Quae denique Poll. II 97 sunt *παρὰ δὲ Ξενοφῶντι καὶ ἀναχαίνειν καὶ παρ’ Ἀριστοφάνει*, e textu removenda videntur, quia tantae sunt in libris turbae ut vix dubium esse possit quin librarii potius quam ipsius Pollucis sit error. Cfr. Heil. p. 612.

---

## II.

Pervenimus ad alteram commentationis partem quae in contemplandis locis onomastici eis versatur quibus Pollux quasi plena manu e Xenophonte hausit et complures deinceps sententias, interdum etiam totas fere paragraphos in opus suum recepit: quam excerpti compilandi rationem in Xenophontis de re equestri et de venatione libellos cadere iam supra memoratum est. Nimirum hi commentarii, magna rerum peritia composita et diligentia eorum explicazione, quae ipse scriptor observaverat aut ab aliis didicerat, excellentia, paratas Polluci copias praebuerunt quas vel integras vel paululum mutatas suas faceret. Ac mihi quidem verisimile est eum commodissimis his

---

potius e Xen. Cyr. VII 1, 29 desumptam. Quodsi idem iudicat de Poll. IV 9 *Ἀντιφῶν* δὲ ἐπὶ τούτον καὶ ἀγνωμοσύνην λέγει et V 145 *Ἀντιφῶν* δὲ καὶ ἀγνώμων λέγει, neutiquam ei assentior, quod talia quilibet dicere potest et similia de eodem Antiphonte Pollux animadvertisit IV 9 et V 141.

subsidiis commotum esse, ut recedens a solito dicendi genere  
 fusius pleniusque explanaret quae parva vel nulla opera ad-  
 hibita e genuinis fontibus promere licuit; ascendit enim in his  
 onomastici particulis ab exili nominum locutionumque enumera-  
 tione qua plerumque contentus fuit ad latiorem praeceptorum  
 enarrationem. Sed ut in toto fere opere ea componendi ratione  
 usus est, ut ex compluribus simul scriptoribus sua mutuaretur,  
 sic hic quoque non unius auctoris vestigia pressit, sed unum  
 alterumque praeterea consuluit, quamvis facile intellegatur Xe-  
 nophontem eum quasi ducem secutum esse. Nam ut primum  
 loquar de narratione nominum et rerum ad artem venandi  
 pertinentium quam in quinto libro ab initio usque ad paragra-  
 phum octagesimam quintam instituit, tota haec disputatio ita  
 procedit, ut vix ulla pars a praeceptis et vocibus Xenophontis  
 destituta sit. Compluribus autem locis ita ad Xenophontis doc-  
 trinam se applicavit, ut sententias eius per totas paragraphos  
 continuatas iisdem verbis exceptis paucissimis repeteret (veluti  
 de canum virtutibus quae Pollux §§ 57, 58, 59 explicat, e Xen.  
 Cyneg. IV 1, 2 fluxerunt; item § 69 sq. de leporum forma et  
 artibus e Cyneg. V 30 exponit; cf. praeterea Poll. V 23—25  
 cum Cyneg. X 10—18 ubi fere eadem de aprorum venatione  
 uterque praecepit). Iam vero quibus praeter Xenophontem in  
 hac particula conscribenda usus sit subsidiis anquirendum est.  
 Aliquam sine dubio utilitatem ei praestitit Aristoteles philoso-  
 phorum eruditissimus, ad quem quater in hac libri quinti parte  
 provocat; atque eius historiam animalium ipsum Pollucem per-  
 legisse et compilasse Alth. p. 33 luculentis exemplis demon-  
 stravit neque Rhodius negavit (cf. p. 84). Sed pleniore manu  
 ex aliis praeterea scriptoris libello Xenophontei simili ea sum-  
 psit quae aut aliter apud Xenophontem leguntur aut omnino  
 desunt. Sic exempli causa de cervis ubera catulis sugenda  
 praebentibus Cyneg. IX 3 haec legimus: *Κατακλίνασαι δέ καὶ  
 γάλα δοῦσαι καὶ διασκεψάμεναι μὴ δρῶνται ὑπό τινος, φυλάτ-  
 τει τὸν ἔαντης ἔκαστη ἀπελθοῦσα εἰς τὸ ἄντιπερας.* Alienæ  
 ab his narrat Poll. V 78 ἡ μὲν μήτηρ ἔαντην καταβαλοῦσα  
 θηλάζει τὸ βρέφος, ὁ δέ πατήρ ἀποθεν φυλάττει καὶ πρὸς  
 τὸν προσελθόντα ὑπερμαχεῖ. Quae aliunde ducta esse appa-  
 ret. Eodem modo Pollux saepe narrationi e Xenophonte deri-

vatae additamenta intermiscauit quae manifesto aliis fontis usum prodant, veluti in fine § 56, ubi iis quae de ornatu canum e Cyneg. I 7 transscripsit ex alio scriptore tegumenti descriptionem subiecit, quo canes venatici contra ictus morsusque ferarum defenduntur. Facile aliquis suspicari possit Arriani *Kυνηγετικόν* compilatum esse, praesertim cum constet Pollucem hunc scriptorem non solum non ignorasse, verum etiam aliis locis excerptisse (cf. p. 6 annot. 2). Sed ut ex iis quae interdum apud utrumque eodem modo leguntur colligi non potest ex Arriano Pollucem hausisse, quod eundem uteque auctorem adiit, ita certa extant indicia quae huic suspicioni repugnant: quae enim apud Arrianum a Xenophontis praeceptis discedunt quaeque etiam a Polluce tractantur, saepe inter se tam diversa sunt, ut mihi quidem persuasum sit hunc Arriani libellum in eorum numero non fuisse qui ab eo inspecti sunt (cf. Poll. V 54 cum Arrian. c. 25 sq., ubi de aetate qua canes ad venandum educendi sint aliter ab utroque praecepitur; item a Polluce abhorrent quae Arrian. V 7 et VI 1 de canibus narrat). Itaque fatendum est nondum dignosci potuisse quem praecepue scriptorem praeter Xenophontem in usum convertisset.

Certius de illius partis fontibus diiudicare possumus quae est de re equestri (Poll. I 181—220). Nam praeter Xenophontis de re equestri commentationem quam permultis locis presse secutus est etiam e commentario ad hunc libellum in epistola decima his verbis commemorato: ἐνέτυχόν ποτε βιβλίῳ τὸν Ξενοφῶντος Ἰππικὸν ἐξηγεῖσθαι λέγοντι assumpsisse quaedam putandus est. Alth. p. 26 hue referendum opinatur quae ad § 187 ante Bekkerum iam Jungermannus e cod. Falkenb. annotavit; fortasse etiam quae vocis Xenophontae ὑποβιβάζεσθαι (REq. VI 16) explicatio apud Poll. I 213 invenitur ἔστι δὲ τοῦτο (sc. τὸ ὑποβιβάζεσθαι) διστάντα τὰ σκέλη ἐγκαθίζειν τε καὶ ταπεινοῦν ἔστον, ὥστε εὐπετῶς ἀναβαίνειν τὸν ἵππεα huic commentario tribuenda est; sed ab hoc quae mutuatus sit Pollux vix cum veri aliqua specie divinare licet, cum aliunde nil de eo compertum habeamus.

Libellum praeterea Xenophonticum qui est inscriptus *Ιππαρχίδης* a grammatico perlectum et nonnunquam adhibitum esse item Althausius monuit; sed paucula tantum Pollux delibavit:

quantum enim investigare potui tribus locis hunc librum inspexisse videtur (cf. Poll. I 196 *τειχίον ύπερακρίσαι* c. Hipp. VI 5 *τειχία ύπερακρίζειν*; Poll. I 214 *σχέδην ἵππαζεσθαι* c. Hipp. III 4 *σχέδην διελαύνειν*; Poll. I 214 *ἀνεῖναι τὸν ἵππον* c. Hipp. III 2 *ἀνιέναι τοὺς ἵππους*).

Sed cum Pollux in multis a Xenophontis doctrina discedat, alia ab hoc allata praetermittat, complura de quibus nihil in Xenophonteo libello dictum est referat, eum ut in libri quinti commentario de re venatoria sic hic quoque alium scriptorem fusius pleniusque exscripsisse luce clarus est. Quis antem is fuerit nunc magna cum probabilitate vel potius evidentia contendi potest. Iam Schneiderus<sup>1)</sup> et Curerius<sup>2)</sup> de Simone Atheniensi<sup>3)</sup> cogitaverunt ad quem quinquies in onomastico provocatum est (I 190. 194. 198. 204. II 69), quemque de eadem materia iam ante Xenophontem commentatum esse ipsa huius scriptoris verba REq. I 1 docent: *Συνέγραψε μὲν οὐν Σίμων περὶ ἵππικῆς.* Et egregie horum doctorum virorum confirmata est opinio ipsius Simonis de re equestri libri particula (*περὶ εἴδους καὶ ἐκλογῆς ἵππων*), quam in Cantabrigensi Hippiatricorum codice inventam Ch. Darembergius in libro, Notices et extraits des manuscrits médicaux (Paris 1853) p. 169 sq. edidit, unde repetivit Blassius in ea quam modo annotavi dissertatione. Etenim quantum conveniat inter Pollucis narrationem et Simonis, cognoscere iam possumus exiguum huius fragmentum cum illo comparantes: sed haec comparatio cum longius nos abduceret in duobus subsistam exemplis:

Sim. *Δοκεῖ δέ μοι ὅμως* Poll. I 189 praebet *χαίτη εὐ-*  
*[χαίτη] 4)* *ἥτις ὁμόχρως ἐστὶν θριξ* et 216 *ἀμετρῶν δέ η*  
*αὐτῇ ἔαντῃ ὅλη καὶ εὐθριξ ὁμόχρως χαίτη καὶ εὐθριξ.*  
*μάλιστα ἀρίστη εἶναι . . .*

<sup>1)</sup> Cf. quae Schneid. passim in annott. ad Xen. commemoravit.

<sup>2)</sup> Du commandement de la Cavalerie et de l'Equitation: deux livres de Xenophon traduits par un officier d'Artillerie à cheval. Paris.

<sup>3)</sup> De Simone Fr. Blassius in libro miscellaneo ab societate phil. Bonnensi edito Bonnae 1864 p. 49 sqq. explicate disputavit.

<sup>4)</sup> A Blassio e Polluce inserta sunt quaæ uncis inclusi.

Id. τὴν δε διάστασιν τοῖν σκελοῖν ἔχετω ως μεγίστην [ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη φίπτειν].

Id. I 193 κακὸς<sup>1)</sup> δε, εἰ τὴν διάστασιν ἔχει τῶν σκελῶν ως μεγίστην· υπάρξει γὰρ αὐτῷ Σίμων λέγει διὰ πλείστου τὰ σκέλη φίπτειν.

Ipse quoque Xenophon Simonis hunc librum in simili argumento versantem in conscribendo suo scripto diligentissime iam adhibuit, quod quomodo fecerit his verbis declarat I 1: Ἡμεῖς γε μὲντοι ὄσοις συνετύχομεν ταῦτα γνόντες ἐκείνω (sc. τῷ Σίμωνι), οὐκ ἐξαλείφομεν ἐκ τῶν ἡμετέρων . . . . καὶ ὅσα δὴ παρέλιπεν, ἡμεῖς πειρασόμεθα δηλώσαι. Quae quidem ratio quaestionem quid quoque loco Simoni, quid Xenophonti Pollux debeat difficiliorum reddit, quia facile fieri potest, ut ea quae leviter mutata aut brevius fusiusve exposita Xenophontis sententias exprimere videntur, non huic assignanda, sed potius integra e Simone manasse putanda sint.

Polluce ipso teste haec Simonis sunt: Poll. I 194 καὶ τοῦτο δὲ Σίμωνος εὐδρομος δὲ ἵππος ὁ ὀλίγον αἱρων ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῷ τρέχειν τὰ σκέλη. Tum I 198 ἀποδεεστερος Σίμωνος τὸ ὄνομα. Sed alia quoque in hac onomastici parte vel certo vel probabiliter illi imputari possunt de quibus paucis disserere liceat.

Initio capituli secundi Xenophon verbis ὅπως γε μὴν δεῖ πωλεύειν οὐ<sup>2)</sup> δοκεῖ ἡμῖν γραπτεον pronuntiat, se nihil de pullo equino erudiendo dicturum esse, neque quidquam in sequentibus de hac re docet. Iam cum Pollux quomodo pullus ad equitandum praepareatur, I 203 sq. plenius explicet cumque in locutione τὸν ἵππον πλαγιαζέτω Simonis auctoritate nitatur, pro certo affirmare ausim, verba τὸ μὲν δὴ πρῶτον κτλ. usque ad ἐφ' ἐκατεραν τὴν γνάθον quamvis soluto ordine e Simone transscripta esse<sup>3)</sup>. Etiam quae praecedunt de equo fricando

<sup>1)</sup> Κακός corruptum esse recte animadvertisit Blassius.

<sup>2)</sup> Libri omittunt particulam negativam quam Xenophonti restituendam esse primus Curerius vidit; ego Cobetum (cf. NL p. 783) et Dindorf. secutus sum; Curerius et Sauppius μὴ post ἡμῖν addiderunt.

<sup>3)</sup> Animadvertisendum est Pollueum hic voce ἐπιβάτης equitem significare; Xenophon semper dicit ἀναβάτης.

et purgando inde a verbis οπόταν δὲ ψίχη τὸν ἵππον cum et re et verbis longe ab iis quae Xenoph. VI 1 sqq. praecepit abhorreant iure Schneiderus Simoni tribuere videtur. Idem omnia quae a Polluce I 215 de ratione in equo sedendi et iaculandi multo fusius et copiosius afferuntur quam a Xenophonte (REq. VII 5) ea probabilitatis specie Simonis esse coniecit qua possumus in his rebus contenti esse<sup>1)</sup>). Quae vero § 217 de remedio quo equarum vincatur fastidium mulorum narrata sunt, item Simonea esse suspicantur; sed valde de hoc loco dubito, quod idem etiam aliunde atque e Simone potuit Polluci notum esse<sup>2)</sup>.

De singulis scilicet propter miseram Simonei libri condicionem vix unquam inter omnes conveniet: hoc vero extra dubitationem positum est in hac Pollucei operis particula complura etiam latere Simonis praecepta.

Sed ut ad propositum redeamus curiosius iam in eos inquiramus locos, quos grammaticus procul dubio e Xenophontis de re equestri et de venatione libellis mutuatus est. Ac statim dicam ex hoc fonte eum ita hausisse, ut auctoris sententias vel integras describeret vel in brevius contraheret vel quod multo frequentius factum est in aliam formam redigeret dilatatas additiones undecunque congestis, complura quoque perverteret verbis auctoris veteris non semper intellectis.

Nimirum ex hac arcta necessitudine ac ratione aliquis fructus redundare potest ad veram utriusque scriptoris manum restituendam. Etenim quaecunque e Xenophonte fluxerunt, pro instrumento satis utili haberi queunt quo quis in constituenda lectione Xenophontea uti possit; pariter Xenophontis locorum comparatio ipsis Pollucis verbis nonnunquam affert medicinam. Reputes velim haec: REq. IV 4 ubi Xenophon locum etiam extra stabulum quo equus post prandium eductus destringitur silicibus sterni iubet, haec verba in libris tradita sunt: ὡς (ῳδε

<sup>1)</sup> Curerius ad Xen. REq. VII 5 annotat haec: ,Ce précepte en soi est bon, mais la raison qu'en donne ici Xénophon peut paraître faible: peut-être n'est qu'une addition à ce qu'en avait dit Simon'.

<sup>2)</sup> Similem narrationem apud alios quoque scriptores legimus; cf. Aristot. H. A. VI 13. Aelian H. A. If 10. XII 16. Iam Sophocles in fragmento ab Aeliano H. A. XI 18 servato (Dind. 587. 588) hunc equas tondendi morem descriptis.

correxit Dind.) δ' ἀν αὖ ὁ ἔξω σταθμὸς βέλτιστος εἴη καὶ τοὺς πόδας κατενρύνοι εἰ λίθων στρογγύλων ἀμφιτόμων ὅσων μναῖαίους (Stephan. emendavit ὄσον μναῖαών) ἀμάξας τέτταρας καὶ πέντε χύδην καταβάλλοι, περιχιλώσας (vel περιχυλώσας) σιδήρῳ, ὡς ἀν αὐτὴν σκεδαννύωνται. Praeter ea quae Dind. et Steph. correxerunt plura alia vitia in verbis inesse patet; sed videamus singula. Primum quidem κατενρύνειν i. e. dilatare hic locum habere non potest; similiter ἀμφιτόμων absurdam efficit sententiam, quoniam fieri non potest quin pedes equorum summum capiant detrimentum, si lapidibus utrimque secantibus insistunt; denique vocem περιχιλώσας quippe quae significet ‚abunde pascere‘ perperam hoc loco legi manifestum est. Iam si Pollucem consuluerimus, excerperi ei haec codicem minus corruptum quam quibus nunc utimur praesto fuisse cognoscemus. Praebet enim I, 200 sq. εἰ δὲ καὶ ἐν τῷ σταθμῷ καταβάλλοι λίθους μναῖαίους ἀμφιδόχμους, περιχειλώσας σιδήρῳ, ὡς Ξενοφῶν ἔφη, τούτῳ τῷ έθει τῷ πρὸς αὐτὸν στερεοῖ καὶ κρατίνει [sic scribimus pro καρτερύνει eum cod. Parisino altero (B) et cod. Palatino (C)] τοὺς πόδας. Itaque pro κατενρύνειν legit κρατίνειν quo nihil aptius esse potest; pro ἀμφιτόμων in Pollucis libris commode legitur ἀμφιδόχμων; diphthongo denique posita περιχειλώσας prohibetur quod unice verum est: quae Polluea vocabula si in textu reponuntur uti a viris doctis factum est, ab omni ambiguitate et offensione vacat Xenophontea oratio. Eodem modo Cyneg. X 12 ἐν πάλῃ pro ἐμπαλιν e Polluce restitutum est, qui V 23 ubi de statu venatoris aprum venabulo excipientis praecepit veram lectionem servavit. REq. VII 10 nunc secundum Poll. I 197 κυνφαγωγότερος legitur pro κουφαγωγότερος quae est scriptura librorum.

Sed Pollucis quoque verba librariorum neglegentia corrupta Xenophonte adhibito interdum sanata sunt. Sic Poll. I 206 ἀμιγέστερα vitio inquinatum est; nil certius quam e Xenophonte REq. VIII 9 corrigendum esse ἀμισέστερα. Neque minus recte Bekkerus quae libri Poll. I 194 mendose tradunt ἐλεύθερος, ἐθελονργος (sc. ὁ ἵππος), Xen. REq. X 17 secutus mutavit in ἐλευθερος, ἐθελονργος.

Ex his iam appareat quam propinqua inter Pollucis Xen-

phantisque doctrinam intercedat necessitudo, quae tamen plurimum in iis locis cernitur quibus Xenophontea narratio iisdem verbis repetitis expressa est. Iuvat huius generis exempla pluscula expromere et utriusque scriptoris verba iuxta posita comparare:

### Xenophon.

REg. I 11 η δ' αὖ ὑψηλὴ ἀκρωμία τῷ τε ἀναβάτῃ ἀσφαλεστέραν τὴν ἔδραν καὶ τοῖς ὥμοις (καὶ τῷ σώματι<sup>1)</sup>) ἴσχυροτέραν τὴν πρόσφυσιν παρέχεται.

Ibid. V 5 τῶν δ' ἐν τῇ φά-  
χει τριχῶν ἄλλῳ μὲν ὁργάνῳ  
οὐδενὶ δεῖ ἀπτεσθαι, ταῖς δὲ  
χερσὶ τρίβειν καὶ ἀπαλύνειν  
ηπερ φύσει κέκλινται· ἥκι-  
στα γάρ ἀν βλάπτοι τὴν ἔδραν  
τοῦ ἵππου.

Ibid. V 1 πρῶτον μὲν τοῖ-  
ννν τῆς ἐπιφατνιδίας φορ-  
βειᾶς ἐπίστασθαι αὐτὸν δεῖ  
μήποτε τὸ ἄμμα ποιεῖσθαι  
ἐνθαπερ ἡ κορυφαία περιτί-  
θεται.

Ibid. X 10 ὑγρὸν (sc. τοῦ  
χαλινοῦ) μὲν γάρ ἐστιν ὅταν  
οἱ ἄξονες εὐρείας καὶ λείας

### Pollux.

I 189 ἀκρωμία ὑψηλά, τῷ  
τε ἀναβάτῃ ἀσφαλεστέραν τὴν  
ἔδραν καὶ τοῖς ὥμοις ἴσχυ-  
ροτέραν τὴν πρόσφυσιν παρ-  
έχοντα.

Ibid. 200 τῶν δ' ἐν τῇ φάκῃ  
τριχῶν ἄλλῳ μὲν ὁργάνῳ μὴ  
προσαπτέσθω, ταῖς δὲ χερσὶ<sup>2)</sup>  
τρίβων καὶ ἀπαλύνων, ηπερ  
φύσει κέκλινται, ἥκιστ' ἀν  
βλάπτοι τὴν ἔδραν τοῦ ἵππου.

Ibid. 201 τῆς δὲ ἐπιφατνι-  
νιδίας φορβιᾶς μὴ ποιείτω  
τὸ ἄμμα ἐνθα ἡ κορυφαία  
περιτίθεται.

Ibid. 208 οὗτοι (sc. οἱ ὑγροὶ<sup>3)</sup>  
χαλινοὶ) δὲ εὐρείας καὶ λείας  
ἔχουσι τὰς σομβολὰς ὡς φα-

<sup>1)</sup> Verba καὶ τῷ σώματι nimis languent; comparatio Pollucis et scriptoris Hippiatricorum (cf. annott. Schneid.) demonstrat, a male sedula manu' ea adiecta esse, quamobrem iure a Dind. e textu remota sunt.

ἔχωσι τὰς συμβολὰς ὡς δαδίως κάμπτεσθαι, καὶ πάντα δε ὅπόσα περιτίθεται περὶ τοὺς ἄξονας, ἦν εὐρύστομα ἥ καὶ μὴ σύμπυκνα, ὑγρότερά εστιν.

Cyneg. III 7 φαῦλαι (sc. κύνες) δὲ αἱ οὐκ ἀπαλλαττόμεναι ἐκ τῶν τριμμῶν.

Ibid. IV 6 εὔτριχες (sc. κύνες) δέ, ἐὰν ἔχωσι λεπτὴν καὶ πυκνὴν καὶ μαλακὴν τὴν τρίχα.

Ibid. V 30 ἔχει (sc. οἱ λαγώς) γὰρ κεφαλὴν κουφῆν, μικράν, κατωφερῆ, [στενὴν ἐκ τοῦ ἐμπροσθεν]<sup>2)</sup>, τραχηλὸν [λεπτόν, περιφερῆ], οὐ σκληρόν, μῆκος ἵκανόν, ὠμοπλάτας ορθάς, ἀσυνδέτους ἀνωθεν, σκέλη τὰ επ' αὐτῶν ἐλαφρά, σύγκωλα, στῆθος οὐ βαρύτονον, πλευρὰς ἐλαφράς, συμμέτρους, δισφῦν περιφερῆ, κωλῆν σαρκώδη, λαγόνας ὑγράς, λαγαράς ἵκανώς, ἴσχια στρογγύλα, πλιγη̄ κύκλῳ,

δίως κάμπτεσθαι. καὶ πάντα ὅσα περιτίθεται περὶ τὸ στόμα<sup>1)</sup>), εὐρύστομα καὶ οὐ σύμπυκνα.

Poll. V 64 vitiosas canes ait esse οὐκ ἀπαλλαττομένας ἐκ τῶν τριμμῶν.

Ibid. 59 εὔτριχες δὲ ἔστων, καὶ τὰ τριχώματα αὐτοῖς δασυνεργθε λεπτῆ καὶ μαλακῆ καὶ πυκνῆ τῇ τριχῇ.

Ibid. 69 sq. κεφαλὴν ἔχει μικρὰν ἐλαφρὰν κατωφερῆ, εἰς στενὸν καταλήγουσαν, ὥτα ψηλά, τραχηλὸν στενὸν στρογγύλον ὑγρὸν ἐπιψήκη, ὠμοπλάτας ορθάς, ἀνωθεν ἀσυνδέτους, οκέλη τὰ πρόσθεν ἐλαφρὰ συγκωλα, στῆθος οὐ σαρκώδες, πλευρὰς οὐ βαρείας οὐδὲ ἀσυμμέτρους, κωλῆνα σαρκώδη, λαγόνας ὑγράς, ἴσχια μεγάλα στρογγύλα εὐσαρκα, οὐ συνεστήκότα, μηροὺς βραχεῖς<sup>3)</sup> ευ-

<sup>1)</sup> Male Pollux profert περὶ τὸ στόμα ubi Xenophon eruditus dicit περὶ τοὺς ἄξονας; fortasse scribendum est περὶ τὰ στόματα quod proprius ad rectum accedit.

<sup>2)</sup> Verba uncis inclusa a Xenophonte abiudicanda censeo de quibus vide, quae infra p. 31. disserui.

<sup>3)</sup> Manifesto βραχεῖς μηροὶ falso lepori attribuuntur; sed cave credas, aliqua mutatione veram scriptoris manum restituendam esse; immo Pollux, cum apud Xenophontem pro μακροὺς obiter legisset μικροὺς synonymo posito scripsit βραχεῖς.

ἀνωθεν δὲ ὡς χρὴ διεστῶτα μηδούς μακρούς, εὐπαγεῖς, ἔξωθεν μὲν ἐπιτεταμένους, ἐνδοθεν δὲ οὐκ ὄγκωδεις, ὑποκόλια μακρά, στιφρά, πόδας τοὺς πρόσθεν ἄκρως ὑγρούς, στενούς, ὁρθούς, τοὺς δὲ ὄπισθεν στερεούς, πλατεῖς, πάντας δὲ οὐδενὸς τραχέος φροντίζοντας, σκέλη τὰ ὄπισθεν μείζω πολὺ τῶν ἐμπρόσθεν.

Videmus igitur Pollucem Xenophonteam narrationem hic ita in usum suum convertisse, ut Xenophontis vestigia premeret et verba eius accuratissime exprimeret nisi quod singulae interdum voces paululum detortae vel aliis redditae vel omnino omissae sunt. Multo autem maior eorum locorum numerus est, in quibus quamquam eadem aut similia ab utroque praecipiuntur, in verbis tamen vel in ordine quo collocantur magna cernitur diversitas. Nonnulla in medio ponam exempla:

### Xenophon.

REq. III 7 ἔστι δὲ ταῦτα, τάφρους διαπηδᾶν, τειχία ὑπερβαίνειν, ἐπ' ὅχθονς ἀνορούειν, ἀπ' ὅχθων καθάλλεσθαι καὶ πρὸς ἄνατες δὲ καὶ κατὰ πρανοῦς καὶ πλάγια ἐλαύνοντα πειραν λαμβάνειν.

### Pollux.

I 196 μεμελητηκός καὶ πρὸς ἄνατες ἀναθεῖν καὶ πρὸς κάταντες καταδραμεῖν, καὶ τειχίοις ὑπερραχίσαι καὶ τάφρον ὑπερπηδῆσαι, καὶ χαράδραν διαλέσθαι καὶ ποταμὸν περάσαι, καὶ ἐπ' ὅχθονς ἀναθρώσκειν, καὶ ἀπ' ὅχθων καθάλλεσθαι.

<sup>1)</sup> Sic legendum censeo pro εὐπαγεῖς codice Parisino (A) adiutus; atque ita dederunt etiam Dindorfius et Sauppius in edit. Xenophontis, apud quem libri eandem formam praebent mendosam.

<sup>2)</sup> Schneiderus nonuit τὰ ἔνδον cum οὐκ ὄγκωδεις coniungendum esse; quac observatio quam vera sit e Xenophonte patescit. Nihilominus in edit. Bekker. falso distinctum est οὐκ ὄγκωδεις, τὰ ἔνδον ὑποκόλια.

Ibid. X 8 ὁποῖοι δ' ἀν ὁδοὶ χαλινοί, πάντες ὑγροὶ ἔστων. τὸν μὲν γάρ σκληρόν, ὅπῃ ἀν ὁ ἵππος λάβῃ, ὅλον ἔχει πρὸς ταῖς γνάθοις· ὥσπερ καὶ οὐελίσκον, ὅπόθεν ἀν τις λάβῃ, ὅλον αἴρει. ὁ δὲ ἐτερος ὥσπερ η ἄλυσις ποιεῖ.

Cyneg. V 5 τοῦ δὲ μετοπώρου καθαρά· ὅσα γάρ η γῆ φέρει, τὰ μὲν ἡμερα συγκεκόμισται, τὰ δὲ ἄγρια γῆρα διαλέλυται· ὥστε οὐ παραλυποῦσι τῶν καρπῶν αἱ ὄσμαι εἰς ταῦτα φερόμεναι.

Ibid. V 10 κατακλίνεται (sc. ὁ λαγώς) δὲ ὑποθεὶς τὰ ὑποκόλια ὑπὸ τὰς λαγόνας, τὰ δὲ πρόσθεν σκέλη τὰ πλεῖστα συνθεὶς καὶ ἐκτείνας, ἐπ' ἄκρους δὲ τοὺς πόδας τὴν γένυν καταθείς . . .

Ibid. V 11 καὶ ὅταν μὲν ἐγρηγόρη, καταμένει τὰ βλέφαρα, ὅταν δὲ καθεύδῃ, τὰ μὲν βλέφαρα ἀναπεπταται ἀκίνητα, οἱ δὲ ὄφθαλμοὶ ἀτρέμας ἔχουσι· τοὺς δὲ μυκτῆρας, ὅταν μὲν εῦδῃ, κινεῖ πυκνά, ὅταν δὲ μῆ, ἡττον.

Supersedeo hic omnia eiusmodi exempla transscribere; qui plura volet conferat Poll. I 204 c. Xen. REq. VII 16; I 206 c. REq. VIII 9; Poll. V 18 c. Cyneg. VI 17; V 69 c. Cyneg. V 26.

Ibid. 207 διὰ τοῦτο τοῖς θυμοειδέσιν οὐκ ἐμβλητέον σκληροὺς χαλινούς (ἀναλαμβάνουσι γὰρ αὐτὸν εἰς τὸ στόμα ὥσπερ οὐβελίσκονς εὐπαγεῖς ὄντας) ἀλλὰ ύγρους, ἵνα οὐ ἀν ὁ ἵππος προσάπτηται, τὸ λοιπὸν κάμπτηται ὥσπερ ἄλυσις.

V 50 τὸ δὲ μετόπωρον ἐγγυτάτῳ μέν ἔστι τῇ κράσει πρὸς τὸ ἕαρ, οὐτε δὲ αἱ ἀπὸ τῶν ἀνθέων ἀπόρροιαι οὐθ' αἱ ἀπὸ τῶν ἡδη συγκεκομισμένων καρπῶν ἐφ' ἑαυτὰς ἔλκουσι τὰς φίνας τῶν κυνῶν.

Ibid. 72 τὸν δὲ ὑπνον ποιεῖται καὶ τὴν ἀνάπαυλαν ὑποθεὶς μὲν εἰς τὰς λαγόνας τὰ ὅπιοθεν σκέλη, τὰ δὲ πρόσω πωλα προτείνας· τε καὶ συνθεὶς, καὶ τὴν κεφαλὴν καταθείς κατ' αὐτῶν.

Ibid. 72 ἀλλ' ην καταμύη τε καὶ τὰς φίνας ἀκινήτους ἔχη, καθεύδει μὲν οὐ, καμὸν δ' ἵσως ἀναπαύεται· ην δὲ τοῖς ὄφθαλμοῖς ἀναπεπταμένοις ἀτρεμίζη καὶ τὰς φίνας ὑποκινῶν ἐκπνέη θαμινά, ὑπνος αὐτὸν ἀκριβῆς ἔχει.

Multis igitur locis utriusque scriptoris oratio verbis discrepat, sententiis congruit. Contra hic quoque (cf. p. 10) deprehendimus locutiones Xenophontearum quas Pollux prorsus alio sententiarum nexu positas et ad alias res relates usurpavit. Ut uno exemplo utar, quod Xenophon REq. I 8 de cervice equi praedicavit λαγαρός δὲ εἴη τὰ κατὰ τὴν συγκαμπήν Pollux ad genu retulit I 188: γόνν λαγαρὸν πρός τὴν συγκαμπήν.

Ceterum nonnunquam contentus erat pleniorem et fusiorem Xenophontis enarrationem circumcisam reddere et decurtatam. Exemplis probabimus quae diximus:

### Xenophon.

REq. VIII 10 ἀγαθὴ ἀσκησις καὶ ἦν δύο ἵππότα συνθεμένω ὁ μὲν φεύγῃ ἐπὶ τοῦ ἵππου παντοῖα χωρία, καὶ τὸ δόρυ εἰς τούπισθεν μεταβαλόμενος ὑποχωρῇ, ὁ δὲ διώκῃ, ἐσφαιρωμένα τε ἔχων ἀκόντια καὶ δόρυ ὥσαύτως πεπραγματευμένον. καὶ ὅπου μὲν ἄν εἰς ἀκόντιον ἀφικινῆται, ἀκοντίζῃ τὸν φεύγοντα τοῖς σφαιρωτοῖς· ὅπου δὲ ἄν εἰς δόρατος πληγὴν, πάλῃ τὸν ἀλισκόμενον. ἀγαθὸν δὲ κἄν ποτε συμπέσωσιν, ἐλκύσαντα ἐφ' ἑαυτὸν τὸν πολεμιον ἐξαίφνης ἀπῶσαι· τοῦτο γάρ καταβλητικόν.

Ibid. XI 1 sq. Ήν δέ τις ἄρα βουληθὺ καὶ πομπικῷ

### Pollux.

I 212 ἐὰν μελετᾶς ἀφ' ἵππον τὰ στρατιωτικὰ ἀνθιππεύσιν ἐτέροις, ἀκοντίοις ἐσφαιρωμένοις κέχρησο καὶ δόρατι δοιοῖς πεπραγματευμένῳ σφαιρωτῷ, ὥστε εἶναι τὴν πληγὴν ἀσινῆ. καλὸν δὲ λαβόμενον τὸν ἀντιπάλον καὶ ἐλκύσαντα ἐφ' ἑαυτὸν, ἀφνω ἀφεῖναι τὸ γαρ τοιούτον καταπληκτικὸν καὶ<sup>1)</sup> καταβλητικόν.

Ibid. 211 ὁ δὲ πομπικὸς ἵππος ἔχετω ψυχὴν μεγαλα-

<sup>1)</sup> Non eum Schneidero crediderim ex ampliore Xenophontis libro verba καταπληκτικὸν καὶ fluxisse, quippe quae prorsus sint supervacanea; immo ex dittographia sunt ut commode annotavit Dindorfius.

καὶ μετεώρῳ καὶ λαμπρῷ  
ἴππῳ χρησασθαι, οὐ μάλα  
μεν τὰ τοιαῦτα ἐκ παντὸς  
ἴππου γίγνεται, ἀλλὰ δεῖ ὑπ-  
άρξει αὐτῷ καὶ τὴν ψυχὴν  
μεγαλάφρονα καὶ τὸ σῶμα  
εὑρωστον. οὐ μέντοι ὁ γε  
οἰονται τινες τὸν τὰ σκέλη  
ἴγρᾳ ἔχοντα καὶ τὸ σῶμα  
ἀιρειν δυνήσεσθαι, οὐχ οὕτως  
ἔχει· ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ἀν τὴν  
οσφὺν ὑγράν τε καὶ βραχεῖαν  
καὶ ισχυρὰν ἔχῃ, καὶ οὐ τὴν  
κατ’ οὐράν λέγομεν, ἀλλ’ ἡ  
πεφυκε μεταξὺ τῶν τε πλευ-  
ρῶν καὶ τῶν ισχίων κατὰ  
τὸν κενεῶνα, οὗτος δυνήσε-  
ται πόρρω ὑποιθέναι τὰ  
οπίσθια σκέλη ὑπὸ τὰ εμ-  
προσθια.

Huc pertinent praeterea Poll. V 33 sq. (Xen. Cyneg. VIII 12—20); Poll. ibid. 61 (Xen. ibid. IV 4).

Ilis igitur locis ut ampliorum Xenophontis copiarum fere nihil apud Pollucem comparet nisi incerta quaedam lineamenta, sic saepissime contrarium in modum grammaticum egisse et Xenophontis praeceptis singulisque vocabulis explicationes vel breviores vel copiosiores addidisse videbimus: quas explanationes non solum utiles, verum etiam saepe necessarias fuisse per se clarum est. Etenim multa quae Xenophon simpliciter afferre potuit, quod nota erant tum omnibus ut necesse non esset subiecere interpretationem, Pollucis temporibus ita obliterata et ignota erant, ut nisi apposita explicatione intellegi non possent. Ne ratio lateat huius consuetudinis, nonnulla eiusmodi exempla executiamus:

Xenophon.

REq. IV 5 καὶ περὶ τῶν  
στομάτων ὅπως μαλακὰ ἔσται

Pollux.

φρονα, σῶμα εὑρωστον, οσφυν  
ὑγρὰν καὶ βραχεῖαν καὶ ισχυ-  
ράν, οὐ τὴν κατ’ οὐράν ἄλλὰ  
τὴν μεταξὺ τῶν πλευρῶν  
καὶ τῶν ισχίων, ὡς δύνασθαι  
ὑποιθέναι τὰ οπίσθια σκέλη  
ὑπὸ τὰ εμπροσθια.

I 201 τὰ μέρτοι χείλη αὐ-  
τομάτων ὅπως μαλακὰ ἔσται τοῦ ἀπαλυννέτω, ὅπως τοῦ

ἐπιμέλεσθαι<sup>1)</sup> δεῖ<sup>2)</sup>. τὰ δὲ  
αὐτὰ ἀνθρώπου τε σάρκα  
καὶ ἵππου στόμα ἀπαλύνει.

χαλινοῦ συνιῆ· ἀπαλύνει δὲ  
τὰ χείλη χειρῶν τριβὴ καὶ  
ὑδατος προσβολὴ καὶ ἐλαίον  
ποτὲ ἀλοιφῇ.

Cyneg. II 9 ἔστω δὲ καὶ ἐν  
ὅτῳ ἔσονται αἱ ἄρκυς καὶ τὰ  
δίκτυα ἐν ἑκατέροις κυνοῦχος  
μόσχειος...

Ibid. VI 1 αἱ δὲ τελαμω-  
νίαι<sup>3)</sup> πλατεῖς τοὺς ἴμάντας,  
ἴνα μὴ τρίβωσι τὰς λαγόνας  
αὐτῶν· ἐγκατερραμμέναι δὲ  
ἐγκεντρίδες, ίνα τὰ γένη φυ-  
λάττωσιν.

V 31 de hoc culeo fusius  
profert haec: κυνοῦχος δὲ  
δέρμα μόσχειον, εἰς δὲ ἐντί-  
θεται τὸ δίκτυον, τῷ σχήματι  
πεποιημένον ὥσπερ τὰ σύ-  
βαστα βαλάντια.

Ibid. 55 sq. τελαμωνία δὲ  
καὶ αὐτὴ πλατὺς ἴμας, ἐκα-  
τέρωθεν ἀπὸ τοῦ δεραιοῦ  
περὶ τὰς πλευρὰς παρήκων  
ἐναλλάξ, ὡς τῶν τε νώτων  
τὰ μετὰ τὰς ὁμοπλάτας ἄκρας  
καὶ τὰς λαγόνας στέγειν. ήλοι  
δὲ ἡ ἐγκεντρίδες ἐπεισὶ ταῖς  
τελαμωνίαις· αἱ δὲ καὶ περὶ  
τὸ ἐπίσιον ἐκτέτανται, ὡς  
μὴ ὀχεύοιτο ἡ κύων, τῶν  
ἐγκεντρίδων τὴν τόλμαν τῶν  
ἐπιβηθομένων ἀνειργονούσων,  
τοῦ μὴ ὑποπλησθῆναι αὐτὰς  
ἐξ ἀγεννῶν χάριν.

<sup>1)</sup> Ut contra libros qui ἐπιμελεῖσθαι habent ἐπιμέλεσθαι scriben-  
dum esse censerem, iis commotus sum quae a Dindorfio ad Xen.  
Cyrop. edit. Teubn. p. IX disputata sunt. Cf. Cobet. NLP. 590.

<sup>2)</sup> Kühnius e Polluce post δεῖ inserere voluit χειρῶν τριβὴν καὶ  
ὑδατος χλιαροῦ προσβολὴν καὶ ἐλαίον ποτὲ ἀλοιφὴν, quam coniecturam  
Sehneiderus aliique probaverunt; sed egregie Dind. monuit ita inanem  
fore appendicem τὰ δαντὰ — ἀπαλύνει. Luce clarius est, Pollucem  
explicatius persecutum esse quae Xenophon obiter tantum attigisse  
satis habuit.

<sup>3)</sup> τελαμωνίαι cum Dindorfio scripsi; cf. eius annot. ad hunc  
locum. Libri exhibent στελμονίαι nisi quod margini Parisini A τε-  
λαμωνίαι adscriptum est. Ulitius ad Grat. Falisc. 401 p. 258 sq. primus  
τελαμωνίαι ponendum esse coniecit.

Ibid. VIII 1 εὶ δ' ἐνέσται μελάγχιμα, δυσχήτητος ἔσται.

Ibid. 66 copiosam vocis μελάγχιμα interpretationem suppeditat: τὰ μελάγχιμα· ἔστι δὲ ταῦτα τὰ κοῖλα ἐν οἷς ἡ χιών διατέτηκεν, κέκληται δὲ ὅτι παρὰ τὴν ἄλλην τῆς γῆς ὄφιν, λευκὴν οὐσαν ὑπὸ τῆς χιόνι, ταῦτα μόνα μελαίνεται.

Haec speciminis causa sufficere posse videntur pauca de multis. Ac possit hinc aliquis suspicari, Pollucem operam et studium in cognitione eorum quae ad equitationem et venationem spectant consumpsisse et de suo additamenta haec haud raro proba et commoda adiecisse. Ne tamen grammatico hanc doctrinam adscribam ea re prohibemur, quod complusculis locis explicationibus ineptis et falsis appositis harum artium evidenter rudem se praestitit. Quare persuasum habeo eum tantum non omnia<sup>1)</sup> quae Xenophontis non sunt aliunde sumpsisse et in suam compilationem transtulisse ita quidem, ut quid cuique conveniret aut quo quaeque loco collocanda et addenda essent diiudicare neque vellet neque si voluisse potuisset. Hic etiam ne quid sine exemplis rem probantibus pronuntiemus, nonnullos locos diligentius contemplemur:

Pollux I 214 praecipit haec: στηριχτέον δὲ αὐτόν, ὅταν ὁ ἵππος ἀρξηται τῆς ἐπισκελίσεως· ἐπισκέλισιν δὲ καλεῖ ὁ Ξενοφῶν τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν ποδῶν κινήσεως. Locus Xenophonteus ex quo Pollux hanc interpretationem vocis quae est ἐπισκέλισις duxit, invenitur REq. VII 12: τὸ γὰρ ἀριστερὸν μέλλων (sc. ὁ ἵππος) αἴρειν, ἐκ τούτου ἀν ἀρχοιτο, καὶ ὅποτε ἐπὶ τὰ εὐώνυμα ὅτε φοιτο, τότε καὶ τῆς ἐπισκελίσεως<sup>2)</sup> ἀν-

<sup>1)</sup> Nonnulla saltem ipsi grammatici ingenio vindicanda sunt; sic quae in onomastico V 62 enumerantur canum vitia, non ipsas eorum significaciones apud Xenophontem neque alium quemquam auctorem Polluci inventas sed potius e contrariis quae in Xen. Cyneg IV 1 sq. recensentur esse ductas Althausii haud improbabilis conjectura est.

<sup>2)</sup> In libris traditum est ἐπικλίσεως quod vocabulum cum nihil nisi flexum significare possit absurdam efficit sententiam; id quod primus videt Iungermannus ideoque Xenophonti e Polluce reposuit ἐπισκελίσεως.

*άρχοιτο.* Ut sensum intricati huius loci accurate perspiciamus, nexus sententiarum inde a paragrapho decima huius capitatis breviter repetamus necesse est. De variis equi incessibus scriptor explicaturus primo ubi procedendi signum datum sit equo simplici passu, quod nostri, ,schritt' vocant, Graeci βάδην, incedendum esse declarat. Passum excipit illud genus quod pedibus decussatim tollendis continetur. Id nostri ,trab' dicunt, Graeci διατροχάζειν vel τὸν αὐτοφυῆ διατροχάζειν. Sequitur denique gradus tolutilis quem nostri vocant ,galopp', Graeci ἐπιρραβδοφορεῖν<sup>1)</sup>. Iam qua ratione fieri possit, ut a sinistris celerrimi huius cursus initium fiat id quod maxime probetur, nostro loco Xenophon exponit docetque, equo currenti, quando pedem tollat sinistrum, tunc incitati cursus signum dandum esse: cum enim sinistrum pedem sublatus sit ab eo quoque incipere tolutim ire; simulque eo ipso momento quo sinistrorum flectatur, motu pedum mutato cursus tolutilis i. e. ἐπισκελίσεως initium facere. Perspicuum igitur est quid Xenophon vocem quae est ἐπισκέλισις significare voluerit neque minus elucet Pollucem ut hominem artis equestris parum peritum ipsam vocabuli notionem non intellexisse. Neque enim ἐπισκέλισις in Xenophontis loco significare potest initium pedum promovendorum,

<sup>1)</sup> In tractando hoc loco ἵπποτον Hermanni commentationem ,de verbis quibus Graci incessum equorum indicant ad Xenophontem de re equestri cap. VII' in universum secutus sum. Hoc tantum monere velim:

Recte Herin. apud Xenophontem VII 10 επιρραβδοφορεῖν τὸν ἵππον id significare contendit quod nos dicimus ,das pferd galoppiren' neque de propria verbi significatione ,virga manibus praclata equo ad cursum signum dare' cogitandum esse; ,nam' ut ipsius verbis utar 'etsi a virgae incitatione ductum est nomen, non tamen percussio eo nomine indicatnr, sed genus ingrediendi ad quod equus virga impellebatur.' Quod autem idem dicit in Polluceis verbis I 220 τὸ δὲ επιρραβδοφορεῖν τὸν ἵππον, ὅπερ γίνεται εἰ τις εἰς δρόμον ἔξελαύνει, οὐ πάντας ἐπαινοῦσιν οἱ ἵππικοι obscuritatem quandam inesse, quod Pollux non satis perspexerit quare hoc reprehenderetur, obscuritas haec et ambiguitas evanescit si grammaticum qua erat rei equestris inscitia nullam nisi propriam vim ac notionem verbi cognovisse consensus. Sic facilime intellexeris quomodo Pollux qui obiter legerat vel audiverat επιρραβδοφορεῖν τὸν ἵππον ab artis peritis non nimis laudari, hoc dictum causis non allatis in onomasticum suum reciperet.

quippe quod etiam in passum et quemvis alium incessum quadraret, sed illius pedum motus exordium indicat, qui est in gradu tolutili. Id nos in equo ,anspringen' et equum ad id incitare, ,ansprengen' appellamus.

Alium Pollucis errorem ex quo eum hospitem in re equestri fuisse appareret in eadem commentatione Hermannus castigat. E Xenophonte REq. VII 15 et IX 5 patet *ὑπολαμβάνειν* esse equum a celeriore cursu cohibere et lentius cogere incedere, quod nostri ,verhalten' vocant. Contra *ἀναλαμβάνειν* de equo in medio cursu consistere cogendo Xenophontis locis REq. III 5 et III 7 dictum esse nemo non videt. Itaque *ἀναλαμβάνειν* Graeci vocant quod nos ,anhalten', ,pariren'. Ignorantiae igitur specimen Pollux edidit qui I 204 de his vocibus haec pronuntiat: *Ἐν δὲ ταῖς στροφαῖς οὐ δεῖ ἐξελαύνειν τὸν ἵππον, ἀλλὰ ἀναλαμβάνειν ὅπερ καὶ ὑπολαμβάνειν λέγεται.*

Eiusdem imperitiaea ea sunt verba quae paucis interiectis subiunguntur: *'Η γὰρ ἐπ' εὐθεῖαν κατὰ μῆκος ἔλασις κοπωδεστέρα· καλεῖται δὲ αὐτὴ ὁρθοδραμεῖν, ὥσπερ τὸ ἐναντίον ἀποκάμπτειν.* Nemo opinor tam rudis est equitationis, quin intellegat hanc Pollucis opinionem longe a vero aberrare, quoniam equos inflexionibus frequentibus multo magis quam recto cursu fatigari cuivis notum est. Alienam ab his et recta Xenophonteo loco ad quem respexit praecipiuntur REq. VII 14 *ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἐτερομήχη πεδην μᾶλλον τῆς κυκλοτεροῦς. ἥδιον μὲν γὰρ οὐτως ἀν στρεφοιτο ὁ ἵππος ἥδη πλήρης ὥν τοῦ εὐθεος, καὶ τότε ὁρθοδραμεῖν καὶ τὸ ἀποκάμπτειν ἀμα μελετῷ ἄν.*

Item errori obnoxius est I, 206 εἰ δὲ καὶ τὰ χωρία ὑπαλλάττοι τις, ἐν χάριτι μᾶλλον ἔστι τῷ ἵππῳ ἀμεσεστέρα γὰρ αὐτῷ τὰ καινὰ<sup>1)</sup> χωρία, ἀπαγορεύει δὲ τοῖς συνήθησιν. Quod praeceptum quamvis utile esse et commodum concedendum sit, tamen causa quae affertur manifesto falsa est. Nam cui contigit ut morem equorum et consuetudinem diligentius observaret, is ignorare non potest equum neutiquam aegre ferre, quod ei una eademque via incedenda est; immo qua saepius

<sup>1)</sup> *καινά* quod est in Bekker. edit. hypothetac errori originem debere per se clarum est.

ire cogitur via ita assuescit, ut ad eandem libenter redeat, aliam invitus ingrediatur. Quae observatio quo notior est ac certior eo magis mirandum est, quod Xenophon quoque qui rei equestris peritissimum se praebuit in eundem inciderat errorem. Habet enim R Eq. VIII 9 ὁρθῶς δ' ἔχει καὶ τὸ ἄλλοτε μὲν ἐν ἄλλοις τόποις, ἄλλοτε δὲ βραχεῖας τὰς ἵππασίας ποιεῖσθαι. ἀμισεστερα γάρ καὶ ταῦτα τῷ ἵππῳ τοῦ αὐτοῦ ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις καὶ ὁμοίας τὰς ἵππασίας ποιεῖσθαι<sup>1)</sup>.

Denique in disputatione de variis frenorum generibus (Poll. I 207 sq.) tam male et confuse quae docte Xenophon praeceperat in usum vocavit, ut dubites utrum incuriae maioris an ignorantiae eum arguas. Namque Xenophon R Eq. 6 sqq. duo frenorum genera adhibenda esse docet, levia et aspera (πρῶτον μὲν τοὺνν χρὴ οὐ μετὸν δυοῖν χαλινοῖν κεκτῆσθαι. τούτων δέ εστω ὁ μὲν λεῖος . . . ὁ δὲ ἔτερος (sc. ὁ τραχὺς χαλινός), τοὺς μὲν τροχοὺς καὶ βαρεῖς καὶ ταπεινοὺς, τοὺς δέ ἔχινοὺς οξεῖς); utrumque vero ita vult comparatum esse, ut non sit durum sed flexible. Contra Pollux levium frenorum commemorationem plane omittit, dura ita describit, ut falso eum haec cum asperis confudisse neque ullam intercedere inter ea differentiam putasse apertum sit; etenim narrat I 207 εἰσὶ δέ σχληροὶ χαλινοὶ οἱ ἔχοντες τροχοὺς ταπεινοὺς καὶ ἔχινοὺς οξεῖς id quod Xenophontem de duris dixisse modo vidimus.

Quod deinude attinet ad rem venaticam huins quoque artis pariter atque equitationis Pollucem rudem deprehendere licet. Sic Xenophon Cyne. VI 7 scite praecipit, retium furculas infigendas esse supinas, ut magis tentae sint cum adducantur (πιγγνέειν δέ τὰς σχαλίδας ὑπτίας, ὅπως ἀν ἐπαγόμεναι ἔχωσι τὸ σύντονον); itaque σχαλίδες ὑπτίαι sunt hoc loco furculae supinae, quae demum adducto fune eriguntur. Quare Pollucem imperite et absurde docuisse appareat furculas ita terrae esse infigendas, ut ad sese mutuo essent inclinatae (V 32 καθίστανται δέ αἱ σχαλίδες πλάγιαι, μᾶλλον εἰς ἀλλήλας προσνεύονται).

<sup>1)</sup> Iis quae hucusque disputata sunt abunde puto demonstratum esse Xenophontis scripta grammaticum ipsum inspexisse. Sed in transcursu moneo, satis grave argumentum inde quoque repeti posse, quod in eadem re uterque erravit, cum credibile non sit, manifestum hunc Xenophontis errorem usque propagatum fuisse, si aliis intercedentibus copiis eius Pollux usus esset.

Manifestissimum autem ignorantiae documentum praebet V 69 ubi caput et collum leporis ita depingit, ut credas in assis tantum leporibus studium et operam eum collocasse. Nam sane mirum est, quod κεφαλὴν εἰς στενὸν καταληγούσαν et τράχηλον στενὸν his animalibus affingit, cum nemo nesciat caput et os rotundam potius habere formam, collum vero minime exile esse sed crassum. Si Xenophontem consulimus ex quo tantum non omnia hoc loco petiit, in omnibus fere editionibus occurunt nobis ea quae hunc scriptorem eiusdem arguant vitii. Leguntur enim Cyne. V 30 haec: Ἐχει (sc. ο λαγώς) γὰρ κεφαλὴν κούφην, μικράν, κατωφερῆ, στενὴν ἐκ τοῦ πρόσθεν, τράχηλον λεπτὸν, περιφερῆ, οὐ σκληρόν, μῆκος ἵκανόν. Sed cave credas talia Xenophonti artis venatoriae peritissimo imputanda esse, praesertim cum fere omnes libri iisque optimi verbis στενὴν-περιφερῆ vacent. Quae verba e Polluce sine dubio ab librario quodam otioso margini codicis Parisini (A) adscripta atque inde a Stephano in textu posita omnes editores praeter Sauppium retinuerunt, qui primus absurdo additamento iure offensus enuntiationem ita conformavit ut deletis verbis στενὴν ἐκ τοῦ πρόσθεν et λεπτὸν περιφερῆ servaret vocem τράχηλον quae ut facile librariorum incuria excidere potuit sic tota sententiae ratione et vocabulorum nexu postulatur. Scribendum igitur videtur Ἐχει γὰρ κεφαλὴν κούφην μικράν κατωφερῆ<sup>1</sup>), τράχηλον οὐ σκληρόν, μῆκος ἵκανόν.

Sed haec hactenus. Satis exemplis allatis explanasse mihi videor, grammaticum eruditam Xenophontis enarrationem non semper perspexisse, saepe levi brachio egisse ideoque multa male expressisse et interpretatum esse, interdum etiam de industria veritate neglecta e Xenophonte sua sumpsisse. Item observavimus plerumque eum neque eundem ordinem servasse etiam ubi nihil alium ordinem exigebat, neque praecepta singulaque vocabula fideliter reddidisse, sed iudicio iusto rarius ad-

<sup>1</sup>) Valde mihi arridet scriptura Sauppii e Polluce post κατωφερῆ inserentis ὡτα ὑψηλά, cum vix putandum sit, Xenophontem qui plene et accurate omnes leporis articulos descripsit aurium commemorationem praetermisisse; immo verisimile est, in locum genuinorum verborum ὡτα ὑψηλά, τράχηλον quae nescio quo casu evanuerant absurdā illa Pollucea a librariis supposita esse.

hibito aliunde quaedam Xenophontea orationi interposuisse. Quare facile intellexeris, saepe multos viros doctissimos de Pollucis in conscribendo onomastico magna levitate et confuso compilandi genere questos esse. Neque iniuria, quamquam eum ceteris compilatoribus eorum temporum neglegentius versatum esse non concesserim. Sed gravius est quod ex ipsa illa neglegentia et confusione, et in iis quae nos tractavimus et in aliis operis partibus perlucet eximia fontium ab eo usurpatorum bonitas. Quemadmodum igitur summam cautionem in hoc grammatico adhiberi et singula quaeque priusquam in usum vocentur curiosissime examinari oportet, sic tenendum est auri grana hic latere quantumvis obruta et maculata.

---

### III.

His expositis restat, ut ostendam quibus omnino locis Pollux aut indicato aut celato fonte Xenophontis opera adierit, quod optime ita me indicaturum opinor ut librorum Pollucis ordinem sequens omnes locos deinceps enumeream<sup>1)</sup>.

Pollux.	Xenophon.	Pollux.	Xenophon.
I 80	Oecon. VIII 13. VII 19.	I 189	Ibid. I 8; 9; 11; 12. V, 6.
I 94	Ibid. VIII 12.	I 190	Ibid. I 10; 11; 13. V, 6.
I 134	Anab. V 4, 12.	I 191	Ibid. I 3; 4; 6.
I 182	REq. III 1.	I 192	Ibid. I 11.
I 183	Ibid. V 5; 6.	I 193	Ibid. I 7.
I 187	Ibid. I 5.	I 194 sq.	Ibid. X 16; 17. I, 9.
I 188	Ibid. I 3; 4; 8.		

<sup>1)</sup> Satis habui hic eos locos recensere qui procul dubio ad Xenophontem referendi sunt; complura quae minus certa sunt omisi et licet nonnulla me fugerint, quod in tanta verborum et sententiarum silva facile fieri potuit, apertum tamen fore puto quantum studium Pollux in Xenophontis operibus posuerit.

Pollux.	Xenophon.	Pollux.	Xenophon.
I 196	Ibid. I 3. III 7. Hipp. VI 5.	II 55	Ibid. V 3, 56.
I 197	Ibid. I 9. III 10. VII 10.	II 56	Cyne. IV 4. Hier. I 35.
I 199	Ibid. V 5. VI 2.	II 57	Cyr. V 3, 11.
I 200	Ibid. IV 4. V 5.	II 59	Ibid. IV 5, 17.
I 201	Ibid. IV 5.	II 64	Hell. VII 2, 9.
I 202	Ibid. III 11. V 3; 5.	II 67	Cyr. I 4, 28.
I 205	Ibid. VII 16; 14.	II 77	REq. I 10.
I 206	Ibid. VIII 9.	II 81	Cyne. III 8.
I 207	Ibid. VI 7. X 6; 7; 8.	II 82	Hier. I 14.
I 208	Ibid. X 10; 12.	II 108	Cyr. I 1, 5.
I 209	Ibid. IV 2. IX 10.	II 120	RLac. V 6.
I 210	Ibid. X 15.	II 122	Cyr. VIII 1, 44. V 5, 46.
I 211	Ibid. X 15. I 12. X 3. XI 1; 2; 3.	II 126	Ibid. VII 1, 17.
I 212	Ibid. VIII 10; 11.	II 150	Ibid. VIII 3, 37.
I 213	Ibid. I 15. V 1. VI 16.	II 154	Hell. IV 8, 22.
I 214	Ibid. III 5. VII 12. Hipp. III 4; 2.	II 156	Cyr. VIII 8, 17.
I 216	Ibid. VII 1. X 16. XI 12.	II 160	Ages. III 4.
I 218	Ibid. I 11.	II 180	Cyr. VI 2, 34.
I 220	Ibid. I 5. VII 11.	II 193	REq. I 3. Comm. III 3, 4.
I 232	Anab. V 4, 28.	II 200	Hell. III 4, 3.
I 233	Ibid. V 4, 32.		
I 243	Ibid. VI 4, 6.	III 25	Comm. II 3, 4.
		III 59	Cyr. III 1, 42. V 4, 14.
II 20	Cyr. I 2, 15. Hell. II 3, 56.	III 63	Comm. II 3, 16. Hell. II 3, 44.
II 34	Comm. II 1, 31.	III 75	Cyr. VII 4, 15. Comm. II 8, 4. Apol. 30.
II 41	Anab. II 3, 16.	III 100	Ibid. IV 6, 9.
II 49	Comm. I 4, 6.	III 108	Ibid. VIII 2, 25. Oecon. XV 7.
II 51	Cyr. VIII 1, 41.	III 124	Oecon. III 9.

Pollux.	Xenophon.	Pollux.	Xenophon.
III 127	Cyr. VI 2, 39. IV 5, 42.	V 39	Ibid. III 1.
III 134	Comm. I 3, 9.	V 49	Ibid. V 5.
III 153	Cyr. VIII 3, 9. RLac. II 2.	V 50	Ibid. V 5. VII 3; 4. VIII 8.
III 154	RLac. IX 4.	V 51	Ibid. VII 1.
IV 167	Cyr. V 2, 7. Anab. III 2, 16.	V 52	Ibid. VII 2.
IV 168	Anab. I 5, 6.	V 54	Ibid. VII 6; 8.
V 9	Cyneq. XI 2. <i>XIII 9.</i>	V 55 sq.	Ibid. VI 1.
V 10	Ibid. VI 17.	V 57	Ibid. IV 1.
V 11	Ibid. III 4.	V 58	Ibid. IV 1.
V 12	Ibid. VI 6.	V 59	Ibid. IV 1; 6.
V 14	Ibid. V 16. IX 1.	V 60	Ibid. IV 2.
V 17	Ibid. VIII 4.	V 61	Ibid. IV 4. VI 16.
V 18	Ibid. VI 11; 17.	V 62	Ibid. III 2; 3.
V 19	Ibid. II 7; 9.	V 63	Ibid. III 9.
V 20	Ibid. X 3.	V 64	Ibid. III 9; 6; 7.
V 21	Ibid. X 3.	V 65	Ibid. IV 7. VII 10. III 10.
V 22	Ibid. X 3; 10.	V 66	Ibid. V 9. VIII 1. V 4.
V 23	Ibid. X 12.	V 67	Ibid. V 4; 19; 22.
V 24	Ibid. X 12.	V 68	Ibid. V 22; 23.
V 25	Ibid. X 13.	V 69	Ibid. V 26; 27; 30.
V 26	Ibid. II 4.	V 70	Ibid. V 30; 31.
V 27	Ibid. II 4.	V 71	Ibid. V 32.
V 28	Ibid. II 4.	V 72	Ibid. V 10; 11.
V 29	Ibid. II 5; 6; 7.	V 73	Ibid. V 13.
V 30	Ibid. II 5.	V 77	Ibid. IX 3.
V 31	Ibid. VI 7; 9. II 7; 9.	V 78	Ibid. IX 10; 20.
V 32	Ibid. VI 6; 7.	V 80	Ibid. X 17; 21.
V 33 sq.	Ibid. IX 12—20.	V 82	Ibid. XI 2, 4.
V 35	Ibid. VI 5; 8.	V 85	Ibid. VI 22.
V 37	Ibid. IX 1. X 1. III 1.	V 86	Ibid. IV 5. V 19.
		VI 15	Comm. VI 2, 6.
		VI 22	Anab. VI 4, 6.

Pollux.	Xenophon.	Pollux.	Xenophon.
VI 26	Cyr. IV 5, 7.	VII 118	Oecon. XX 29. Cyr. III 2, 11.
VI 27	Ibid. I 3, 8.	VII 122	Comm. III 8, 9.
VI 32	Anab. VII 3, 21.	VII 142	Oecon. IV 25. Cyr. III 2, 23.
VI 33	Cyr. I 4, 13.	VII 149	Cyr. IV 5, 16.
VI 36	Anab. V 4, 32.	VII 167	RAth. II 10.
VI 39	Ibid. I 9, 26.	VII 182	Cyr. VIII 2, 5.
VI 44	Comm. III 11, 13.	VII 184	Ibid. III 2, 23.
VI 56	Cyr. II 2, 4.	VII 186	Ibid. III 3, 27.
VI 101	Anab. I 10, 19. Hell. IV 5, 8. VII 5, 15.	VII 190	Comm. III 9, 9.
VI 102	Ibid. I 10, 17.	VIII 68	Cyr. II 1, 22.
VI 142	RLac. XIII 5.	VIII 143	Ibid. VII 5, 35. VIII 1, 16; 36; 40.
VI 172	Ages. VII 7.		
VI 187	Cyr. VIII 6, 14.		
VI 206	Hell. V 2, 17.		
VII 6	Oecon. IV 2; 3.	IX 35	Cyr. II 4, 3.
VII 7	Ibid. XIII 10.	IX 43	RAth. II 10. Oecon. XI 15.
VII 8	Cyr. IV 5, 42.	IX 49	Hell. VI 2, 6.
VII 9	Oecon. III 9.	IX 82	Anab. I 5, 6.
VII 21	Anab. IV 4, 21.	IX 151	Cyr. VI 2, 39.
VII 33	Comm. II 7, 6.	IX 153	Ibid. IV 6, 4.
VII 44	Cyr. IV 5, 4.	IX 160	REq. I 3,
VII 50	Ibid. V 1, 6. III 1, 13.		
VII 63	Ibid. VIII 3, 13.	X 13	Oecon. VIII 12.
VII 68	Ibid. VIII 3, 6.	X 16	Ibid. VIII 13. Cyr. VI 2, 28.
VII 70	Anab. III 3, 20.	X 52	Cyr. VI 4, 11.
VII 79	Ibid. IV 3, 11.	X 80	Anab. VII 3, 21.
VII 81	Cyr. VIII 2, 5.	X 129	Cyr. VI 2, 36.
VII 100	Ibid. VII 5, 12. Anab. III 4, 10.	X 138	Anab. IV 3, 11.
VII 113	Comm. VI 2, 36. Cyr. VI 2, 33.	X 14	Ibid. IV 1, 8.

## V I T A.

Reinholdus Michaelis Rixdorffii, in vico Marchiae prope Berolinum sito natus sum die XXVI m. Junii a. h. s. LIV patre Carolo matre Friederica e gente Manntz, quibus viventibus adhuc gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae.

Tredecim annos natus, cum primis litterarum elementis a patre, mox Berolini in schola a Wieprechtio v. cl. recta imbutus essem, gymnasium adii Friederico-Werderanum quod tum floruit directore Bonnello quem semper mihi grata piaque memoria colendum profiteor. a. h. s. LXXIII maturitatis testimonio instructus civium academicorum numero in Alma Litteraria Universitate Berolinensi adscriptus sum ubi per octies sex menses philologicis, philosophicis, historicis studiis deditum me docuerunt viri doctissimi amplissimi Curtius, Duehring, Droysen, Ebel, Geppert, Haupt, Huebner, Kiepert, Kirchhoff, Lepsius, Mommsen, Muellenhoff, Mullach, Nitzsch, Semisch, de Sybel, de Treitschke, Vahlen, Zeller. Benigne concesserunt Huebner et Vahlen ut philologicis, Nitzsch ut historicis interessem exercitationibus. His viris illustrissimis omnibus debitas hic ago gratias.



# T H E S S.

## I.

Apud Xenophontem r. eq. X 7 pro *κατατείνοντα* ex Poll. I 208 scribendum est *κατακηροῦντα*.

## II.

Polluci V 61 restituendum est *σχημάτων* pro eo quod in codicibus est *ομμάτων*.

## III.

Aeschyl. Suppl. 646 fortasse legendum est *πράκτορ* ἀρᾶς *σκοπόν* pro iis quae in codicibus leguntur *πράκτορά τε σκοπόν*.

## IV.

Aeschyli versus Agam. 674 sq. recte intellegi non possunt nisi recepta Weckleini coniectura *καμεῖν* pro *μολεῖν*.

## V.

Luer. II 16 sqq. scribendum videtur:

nonne videre

nil aliud sibi naturam latrare, nisi utqui  
corpore seiunctus dolor absit, mensque fruatur  
iucundo sensu, cura semota metuque.

---

